



πνευματων



Erisimè dictum est à Tul-
lio : *Qui semel Pudicitiae fines transijt eum o-
portet gnaviter impudentem esse.* Exem-
plum hujus rei sane flebile habemus in
Photiniani : Istis haectenus non fuit re-
ligio, impurissimum Diabolum , qui est
קְשָׁרָה spiritus scurrilitatis 1. Reg. 22.

non dicam tantum Spiritum Dei, sed, (quod ἀσέβειον) divi-
nam ipsius Dei Vim virtutem & efficaciam appellare, videat-
ur autor contra Wijekum cap. 10. pag. 491. Quid igitur mi-
rum, quod Spiritum S. & Deum, & tertiam S. S. Trinitatis
personam esse pertinaciter negent? Sic enim scribunt: sta-
tuendum est S. S. nihil aliud esse, quam virtutem & efficaci-
am Dei, & ideo ipsi tribui in sacris, quæ non nisi soli & æter-
no Deo competunt; Vid. Catech. minor Racov. pag. 57. Mos-
corovij pag. 210. Item : S. S. est proprie ea Dei virtus, qua res,
quibus cum eo communicatur, ab alijs quasi separantur, &
ita sanctificantur, ut loquitur Smalc. de Div. Jesu c. 8. pag. 30.
Hæc est horum πνευματων peculiaris, hoc est, verbo
Dei contraria, opinio, quam ipsi de S. S. fovent; Hinc inter
nos & Photinianos κεινόμενον tale existit : & quidem du-
plex :

I. *Virum S. S. tanquam Virtus & potentia Dei per μετρον. seu Status Cō-
seu modum qualitatis Deus sit, an vero magis per essentiam? Præter ne-
gamus, posterius affirmamus.* troversia.

II. *An S. S. sit verum ὕψιστον, seu vera PERSONA in
simplicissima Deitatis ἁγία subsistens? hoc Photiniani negant;
Lutherani cum orthodoxa Ecclesia affirmant.*